



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quæstio 2. An asina an pullo vectus fuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

## QUESTIO II.

An asinā, an pullo vectus  
fuerit?

§. 1. Ceteri Euangelistæ solius pulli mentionem faciunt, Matthæus asinam & pullum coniungit, sicut etiam propheta. Et principio quidem constat asinam & pullum ad Christum adducta esse. Nam vers. 2. cum dixisset, asinam & pullum cum ea alligatum, addit: *solvite & adducite mihi*: quod ad utrumque referendum est. Deinde vers. 3. *Dominus his opus habet, autem hæc habet*. Hinc etiam apparet *Super asinum* super asinam, & *super pullum* sedisse, & nam & more regio mutasse iumenta. Nam adduci iubet, *pullum* se & dicit *autem hæc habet*, *his opus habet*, si asinā opus sit. non habuit, cur illam adduci voluit, & dici se ea opus habere? Deinde textus Græcus habet vers. 7. *ἤματι τὴν ἑνὴν, καὶ τὴν πᾶσαν, καὶ ἐπέθηκαν ἐπ' αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισεν ἐπ' αὐτὸν.* Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt vestimenta sua super eos, & eum desuper sedere fecerunt. Græcè *ἐπέθηκαν αὐτῶν, super eos*, hoc est asinam & pullum, vel, ea, hoc est vestimenta. Varia lectio est, *In quibusdam*, inquit Brugii notis, libris. *ἐπεκάθισεν* quod est *insedit*, in quibusdam *ἐπέθηκαν*, *sedis* (ad quem modum Syriace est *equitavit* in alijs *ἐπεκάθισεν*, collocarunt siue sedere fecerunt, consentaneæ editioni latina. Rursus pro *ἐπ' αὐτῶν*, super eos, siue ut est latine, desuper, quidam typis excusi codices scribunt, *ἐπ' αὐτῶν super eam*, scilicet asinam; Syrus super eum, scilicet pullum, eadem ut arbitror, ratione, qua latine in verbis proxime præcedentibus, quidam scribunt eum, pro eos.

Quamvis autem posteriore loco sic intelligi possit, ut super vestes sedisse dicatur, non tamen id satis vilitate, & prima fronte ille notus est sensus, super iumenta sedisse. Cum autem strata vestibis iumenta dixisset Euangelista, nihil opus erat dicere, Christum super vestimenta collocatum, aliter enim fieri non poterat. At sanè priore loco dicuntur vestimenta sua posuisse *ἐπ' αὐτῶν* super ipsos, quis dubitat, ideo factum, ut Christus insideret? Nec Syriacam lectionem probo quæ habet; Et imposuerunt pullo vestimenta sua, & equitavit super eum Iesus. *בבב* autem de omni vestatione dicitur.

§. 2. Clarius etiam ex propheta Zacharia illud colligitur. c. 9. 9. *Exulta satis filia Sion, tubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asina.*

Hic dicitur *ascendens super asinam, & super pullum filium asina*. Respondent huic argumento: Verbum quo propheta vitur esse communis generis, *חמור* chamor, & asinum, & asinam significare. Itaque sensum esse, *Ascendens super asinum, & pullum asini*, ut nempe ille asinus fuerit idem ille pullus filius asinae. In Hebræo est *בן אתונה* *ben athonoth*, filius asinarum. Perinde ac si quis dicat: ascendit super equum filium equarum, ubi equus, & filius equarum vnum est, idemque iumentum. Hic etiam in Syro est idem verbum *ܒܢ ܐܬܘܢܐ* *bar athona*, filius asina. Hæc novatori- bus speciosa visa est interpretatio, eam ego probare non possum. Nam primo interponitur à propheta coniunctio. *Asinam, vel asinum, & pullum filium asinarum*, *ܐܬܘܢܐ ܕܥܝܪܐ* *Veghal ghayr*, & super pullum. ea loquendi ratio diversum ostendit, ut si dicam, ascendit super equum, & pullum, filium equarum: si idem esset iumentum asinus, & pullus, non coniunctione necessiteretur sententia, sed ipsa appositione res una intelligeretur esse. Deinde in septuaginta legitur *ἐπ' ὑποζυγιον, καὶ νεόν*, super subiugalem, & pullum no-

K k 3 uum,

filium, hominem factum non dedecent. Ex intimo amore erga genus humanum, misericordia, benignitate, & ille totius universi, posita maiestate dignitas, abdita humanæ naturæ quam ex deitatis vni-  
one habebat dignitate, hoc mansuetudinis & mo-  
ditus exemplo præire cunctis voluit, formare re-  
gum mores, saltem premere populorum, omnes ad  
lealiter. Angelorum augustissimis cinctus depor-  
tari potuit, etiam aurato curru, Leones & Rhinoce-  
ratus currui iungere, sed Doctor humilitatis mon-  
strare factum voluit, quod verbis crebro inculcarat.  
Abitu autem ut quicquam in Christo ridiculum pu-  
taret, et si non continuo alicuius varicinijs respon-  
derat. Discipulorum lauit pedes, ex sputo & pul-  
verem fecit, digitos in aures surdi immisit, teti-  
linguam eius, quæ omnia Christianis sapere debent,  
etiam sine oculis prophetarum. Humilitatē Chri-  
sti sapere illis oportet etiam sine condimento pro-  
phetarum, quam multi enim fideliter in Christum  
credunt, qui prophetarum scripta non legerunt?  
Non est enim minus augustum, quod opere designat  
Dei filius, quam quod prædixit ore prophetarum  
Deus Spiritus sanctus. Ille pompam hanc prædixit,  
hic instituit. Quamvis autem propheta de ingressu,  
& asino locutus sit, de acclamationibus tamen, & ra-  
mis vestibulque per viam stratis nihil dixit: nec ta-  
men illa ridicula fuisse, et si non responderint va-  
ricinijs. Nec populus ille tanquam ridicula fecit,  
sed tanquam digna Messia. Neque erat ridicula res  
asinā vehi, cum id in Palæstina iudices, & reges fecis-  
se legamus. In Christo tamen singularis erat mode-  
stie, quod & pullum acceperit, & asinam subiuga-  
lem, non mulam regiam splendide ornatam. Vltus  
tamen asinorum iam Romanis rerum potitis videtur  
in contemptu fuisse, & alioqui multis orientalibus o-  
diolum hoc animal fuit. Aegyptij non asinum modò,  
sed colorem etiam eius iumentum oderant, quod eo  
fuisse imbutum dicerent Tryphonem Ostridis inimi-  
cum. O. hum regem Persarum miro odio asinum &  
Macharam vocabant. Ille vero: *ἐμὲν δὲ*, inquit,  
*ὁρῶ καὶ ὑμῶν κατενοήσαται τὸν βῶν.* Asinus ille vestrum  
epulatur bonum, dixit, & Apin occidit. Apud Gentiles  
suspicio fuit, Iudæos in arcano sacratio adorare ca-  
put asini, quod Tacitus addita alia fabula meminit.  
Damoceus Græculus idem mendacium recenlet,  
non sine insigni augmento improbi facinoris, nam  
septimo anno ait illos peregrinum hominem frustra-  
tum concidere. Talem nobis etiam Deum affixe-  
runt, *ὁ καὶ ἔχων*, habentem vngulas asinarum. Verum  
monstra detestari, asinis uti nos Christus docuit.  
Hæc autem de Cherubinis finxerunt veteres. Non  
distinili figmento Paræus in Rom. c. 2. Catholicos  
ait, asinum Christi, porcum Antonij colere, quod  
animalia illa representanda historiae quandoque  
pingantur. Quasi vero quod pingitur, etiam colatur,  
aut hic populus dum Christum colit, etiam asinum  
honorat.

§. 4. Absolutum, summumque Christi Domi-  
ni in res omnes imperium, & regiam auctoritatem  
nonnulli hoc ex loco probare nituntur. Mihi ta-  
men res perspicua, potius obscurare videntur. Neq;  
actus ille est regie potestatis, quis enim regi tantum  
in res subditorum permittat? Neque id eo Christus  
fecisse videtur, nam consensum eorum ad quos iu-  
menta pertinebant, sciebat sese habiturum. Itaque  
non abstulit inuis, quod etiam regibus est illicitum,  
nisi id publica salus, quæ lex est summa im-  
perantium, id faciendum  
dictaret.

Adami Conzen. in Evang. Tom. I.

uum, quamvis melior sit lectio, quæ apud Iustinum est: πῶλον ὄν, pullum asina. Sed & ipse textus hoc requirit: nam constat certe asinam adductam, & super eam posita vestimenta, atque adeo dominum eam opus habuisse: non enim Apostolos voluit fallere, cum dicerent, Dominus his opus habet: cum ergo in Matthæo diversa sint, asina & pullus, etiam in propheta diversa esse necesse est. Non enim aliud Zacharias prædixit, aliud Matthæus factum esse scribit. Matthæus totum factum esse scribit vers. 4. τὸ δὲ ὄν, ut asina & pullus adduceretur, ut impleteretur quod propheta vaticinatus est, itaque & propheta cum dicit ὄν, vsus verbo, quod asinum, & asinam significat, & pullum, duo diversa animalia dicere voluit, quia diversa fuerunt. Nam & Matthæus feminini generis esse testatur, cum vers. 2. vocat ὄνον δεδεμένον, cum dicit, pullum esse μετ' αὐτῆς, cum ipsa, sic igitur etiam apud prophetam intelligendum est, ὄν, esse hoc loco generis feminini, nisi Euangelista nobis esset suspectus interpretis propheta. Si igitur duo sunt in propheta verbis designata iumenta, utrique Christus insedit. Nam dicit propheta, ὁπρὸς θηκῶς ὁπρὸς ὄνον, καὶ πῶλον &c. ascendens super asinam, nempe quæ ante erat δεδεμένη. Asinis utebantur crebro. Iud. 10. 4. & 12. 4. 3. Reg. 13. Nec ad rem facit, quod Beza asinam comitem dicit. Perinde ac si diceretur, aliquem duobus aut tribus equis esse profectum. Illa tamen locutio vitiosa solum est, cum non modo equos, sed scissores etiam proficiscenti iunguntur. Tribus enim aut quatuor equis ite dicitur, non quæ equi sine scissoribus comitantur, sed qui totidem equites secum habet. Deinde hic dicitur Christus non ite simpliciter, sed rocheb, vectans vel equitans super asinam, & 70. ὁπρὸς θηκῶς, ascendens, ὁπρὸς ὄνον super asinam. Primum igitur asinam ascendit, & deinde dum prope urbem est, cumque iam multitudo & clamor augetur, in pullum ascendit, non paruo miraculo prima eum sessione domicurus. Multa enim hic miracula Chrysostomus notavit.

Patrum  
sententia.

§. 3. Hanc interpretationem etiam patres amplexi sunt, imo communi sententia mysterium agnoscunt. Asinam s. u. ὑποζύγιον subingaleum esse Israelitas sub iugo legis attutos, pullum vero gentiles, à lege, & iustitia alienos. Nec Zwinglius contra sentit, sed approbat, nondum tantus veterum contemptor, quantus Caluinus, qui nullo argumento, sed sola vacordia veteres irridet. Cum autem res ipsa conveniat, & Christus non modo factis suis nos doceat, sed etiam mysterijs plena sint omnia, non est mirum id significare voluisse, quod euentus docuit. Ita Chrysostomus Commen. Hieronym. Remig. Beda & plerique. Chrysostomi verba sunt: ἐποίει δὲ πᾶντα ὅτι ἐφ' ἡμῶν τὰ μέλλοντα προδηλῶν, ἐν ταῦτα γὰρ ἡ ἐκκλησία δηλοῦται διὰ τῶ λαῶ, καὶ ὁ λαὸς ὁνέσθ, ὁ πῶτε μὲν ἀκαθάρτος, μετὰ δὲ τὸ καθίστασθαι τὸν Ἰησοῦν καθαῖρος ἡμῶν. καὶ ὅσα δὲ ὅλα τὴν εἰκόνα σωζομένων. οἱ γὰρ μαθηταὶ λυκοὶ τὰ ὑποζύγια. Διὰ γὰρ τῶν ἀποστόλων καθεῖνοι καὶ ἡμεῖς ἐκλύθημεν. Διὰ τῶν ἀποστόλων πεσοῦνθημεν ἐπειδὴ καὶ ἡ ἡμετέρα εὐδοκίμησις ἐκείνης περὶ ἐξήλωσι. Hæc faciebat, ut, quemadmodum diximus, figuræ ventura significaret. Hic enim Ecclesia & novus populus olim immundus per pullum significatur, qui postquam in eo Iesus quiescit, ab omni sordibus liberatus mundus effectus est, perpende autem ex amissum imaginem esse conservatam. Discipuli quippe iumenta solvunt, quoniam & nos & illi per Apostolos vocati & adducti ad Christum sumus, & nostra fides, in celum illos deduxit. Et ordinariè τὴν ὄνον vocat. Ut τὴν ὄνον περιβαλῶσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Asinam straverunt, super quam sedet. Rabanus ideo Matthæum

Mysterium  
duorum  
iumento-  
rum.

asinam mentionem fecisse vult, ut viam salutis Iudeis ex mysterio monstraret. Et Achanasius hom. in illud: Profecti in castellum: irrisuros ait Gentiles, quod Deus Christianorum asello federit. Iustinus ad hoc hunc locum contra Iudeos vituperat contra Tryphonem: Atque ipse Dominus noster Iesus Christus reuera agnoscebat, cum pullo suo in introitu quoniam vici qui Bethphage dictus erat, alligatam Hierosolyma ingressurus discipulos suos sibi adducere iussit: cui insidens, Hierosolyma pervenit. Quod quidem certe, ut Christus faceret, vaticinio aperte est prænuntiandum. Atque id ita ab eo factum, & à fidelibus agnoscitur, Christum ipsum esse, manifesto ostendit. Et cum omnia hæc sint facta & ex sacris literis demonstrata: vos tamen discordes esse perseveratis. Prædictum est autem hoc futurum de Zachariâ, ex duodecim vno, adhuc modum: Latere vehementer filia Sion: tubila, annuncia filia Ierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluans ipse, & mitis, & pauper subingaleus, & pullo asina vehens. Porro quod asinam subingalem cum pullo suo Spiritus propheticus una cum Patriarcha Iacobo nominavit, atque ea ipse & discipuli eius sunt visi, sicut dicit: utrumque enim iumentum adducere iussit: prædictio id futurum, qui etiam ex vestra synagoga, simul cum his, qui ex gentibus venire, in eum credituri erant. Quemadmodum namque gentium nota fuit pullus oneribus ferendis non assuetus: ita & popularium vestrorum asina clutellaria. Habetis enim quæ per prophetam vobis imposita est, legem.

§. 4. Rex mansuetus, humilis ὁ ὕψις vocatur. Nemo enim ex regibus Israel ingressus est ea humilitate eaque potentia. Vocatur ὁ βασιλεὺς significat cum articulo, est enim certus ille promissus Messias. Regni sui maiestatem hic monstravit, venit enim ut summam modestiam, & clementiam cum summa potentia declararet, ideo & in templo plurimos laudavit, quod nemo regum potuit. Eo omnia tendebant, ut exciperetur à subditis, & amaretur, ut saluator, non timeretur ut Dominus à mancipijs. Bullinger hæc est res visâ idonea, ex qua occasionem maledicendi Episcopis acciperet. Nam Christi viciarii non pontifices, sed diaboli, & impijssimorum nebulonum esse successores, quod hæc vel non legant, vel lectis repugnent. Nam & equis & rhedis viuntur.

Respondeo. Non dissimili stomacho Tertullianus ipsum iam in errores propensum de corona militis, & quorum publicorum usum carpere. Viderint, inquit, Equi publici cum corona suis. Dominus tuus, ubi secundum scripturam Ierusalem ingredi voluit, nec asinum habuit privatum. Verum ille nimia vehementia, deinde odio adeptus, cum omnia præfulum Ecclesiæ carpit in Montani, & Cataphrygum ineptias incidit. Pompa coronatorum equorum, si publica lætitiæ, & de coratorum, nulla idololatriæ contaminata, non fuit Christianis deuitanda, nam plurimi eos aluerunt. Si vero Christus suo exemplo usu equorum Christianis interdixit, ne asinum quidem privatum possidere fas erit, alieno enim Dominus, & quasi præcario usus est. At profecto nemo hæc tenus scelus esse putavit equorum opera uti. Nō defuerunt tamen religiosi, qui vel in totum vel in parte, se equitatione abdicaverunt, in vetulis Predicatorum statutis esse narrat Antonius Senellus, ut si quis pedes ad generale capitulum itare non posset, equo ne vteretur. Patres Cappucini non nisi in magna necessitate, nec equo, nec curru viuntur. Et vidi cum vii ex illis alioqui senes, & prænotabiles magno labore viam pedibus conficerent, recitatis, quos principes offerebant, curribus. Sed aliud est, quod sponte illi suscipiant, aliud quod omnibus imperatum fingitur. Quid enim, an Christus humilior, & c. commodatio iumento vectus, vtrum ne magis Christiani, vel sacerdotes, vel certe pontifices nobis viantur? an non eam etiam legem ministris hæc

hæreson tollit: neque enim in suum dedecus illud  
hæreson interpretabuntur, credo. Quid igitur illos ve-  
ritate Opes credo Pontificum: & magnificentia. Quid  
tandem iusti sunt omnes esse pauperes Christiani?  
aut, si generale non est præceptum paupertatis, iusti  
sunt Pontifices esse pauperes, & clerici? & quibus  
Confalibus lex illa lata est: aut si lata est, cur fundos,  
& possessiones, quaruntque, augentque illi, qui Pon-  
tificum opes non oderunt, sed possessionibus invidet?  
Sed ad hæc iam olim respondit Aeneas Sylvius. Li-  
cet igitur nostro iudicio, quando id auctoritatis & rationi-  
bus prodatur est, Romanam Ecclesiam diuitem esse oportere.  
Neque diuitias ad voluptatem requirimus, sed ad tria tantum,  
ad statum honestum & dignitatem conuenientem tenendum.  
Ad alios pauperes & Ecclesiam manu tenendas. Ad coercendos  
maledictos, qui fidei sinceritati officium. Quod si quis Pon-  
tifici vbi alter vult, faciemur cum non recte agere, neg, magi-  
stri sui sequi vestigia. Neg, enim aut inter consanguineos Chri-  
stianis aatem pariri debet, aut in voluptatibus & deliciis il-  
lam consistere. Si tamen aliquis sit, qui ex minoribus prelatis  
ad maiorem bonis sibi traditis, superioris iudicio est coercendus.  
Quod si Pontifex aliquando tale egerit, maximi Dei iudicium ex-  
spectandum est: qui aut Papam, de medio tollit, aut alio modo  
providet. Neque enim primam sedem, quam suo arbitrio re-  
genda retinuit, errare & delabi patietur.

Sed quod obsecro est, quod in Romano Presule videamus in-  
decentum? An forsitan sicut plerisque Prelatorum videmus ire  
venatum, aut aucupatum? Equos ne Pontifex Romanus, aut  
canes, aut aues ad delicias pascit? Quis eum aliquando in spe-  
ctaculis aut ludis vidit? Saltationes & choreas & cantus mu-  
sicorum inquit? Vbi nunquam histriones vel pantomimi coram  
eo? Quando ille conuiuia lasciuæ aut ebrietatem spectauit,  
aut alia ludit aut sobacco? Aliena sunt hæc ab Apostolico  
Palatio. Studia Pontificis maximi & occupationes sunt, di-  
uinitate interesse mysteriis & Sacram rem facere, diebus cele-  
brioribus. Audire legationes Principum, populorumque si-  
gnare supplicationes, consolari miseros, peccatores coercere,  
providere viduatis Ecclesiis, dicere suas horas; vix illi super-  
est tempus, in quo cibum sumat, & corpori, quantum necesse  
est, somnum tribuat. Ad hæc semper querelas audit, & la-  
mentat; cum solatiis & afflictis loquitur. Nemo ad eum ve-  
nit, ut conuenerit eum, aut inuendit aliquid afferat, aut  
queruntur, qui electi sunt Episcopi, vel alij, aut cupidi plura  
petentes veniunt. Hic status Papa; hæc voluptas.

Hæc ille ad Pragmaticam Martini, quod etiam re-  
centioribus calumniatoribus responsum volo. Nec  
tamen mihi dubium est, Pontifices & Episcopos, si  
per se statum in sumptus non necessarios, atque inu-  
tiles Ecclesiæ thesauros impendant, grauissimi sceles-  
tis esse reos. Quædam etiam exempla nos docue-  
runt, multos Ecclesiasticorum, cognatos suos dum o-  
pibus sacris implere conantur oppressisse, vt familiæ,  
aut ad paupertatem redactæ fuerint, aut miseris euen-  
tibus extinctæ.

§ 5. Hæc pompa & processio à monte Oliueti præ-  
cipue cepit. Græcus montem τῶν ἑλαιῶν appellat.  
noster senium reddidit, aut legit τῶν ἑλαιῶν. Syriace  
est: סורי על גב סורי super verticem montis, vel iuxta.  
gēb, vt ait glossa Syra, est idem quod גב gab  
pariter. Mons est ad orientem Ierosolymorum, inter  
quem & urbem est interposita vallis Iosaphat, Io-  
saph. l. 10. antiq. c. 6. & l. 6. belli. c. 3. Mons pernoctatione,  
& oratione Christi celeberrimus. Olim idolis  
infamis, à Salomone facto initio, quæ ad Iosiam  
manebant. 4. Reg. 23.

## QVÆSTIO II.

Quomodo Christi diuinitas ex hisce eluxerit?

§ 1. Prophetia Spiritum re ipsa ostendit, cum ait  
asinum esse aligatam, & pullum, nec modo i-  
bi esse, sed etiam ad Apostolorum vique aduentum

mansura eodem in loco. Nouerat & quid incolæ re-  
sponsum essent, & dimissuros vbi audissent Dominum  
opus habere. Quod habet & Jesus statim di-  
mitte, non est ad Christum referendum, quali signifi-  
cet eum statim iumenta remissurum. Sed prædicitur do-  
minum eorum mox permissurum, vt abducant. Eras-  
mus legit & ὁπότε, vt etiam Theophylactus. Quædā  
exemplaria habet: ὁπότε, quid agitis? quod nec in La-  
tinis, nec Syris est, nec melioribus Græcis. Maiestatem  
igitur Dominus duabus in rebus ostendit, sapientiā  
& potentiā. Sapientiā, quod omnia absentiā, &  
futura cognoscat, etiam cogitationes; itaque more  
regum exploratoribus, delatoribus, corycæis non va-  
tuitur, omnibus ille actionibus, omnium animis inter-  
est, & præst. Potentiā etiam demonstrat, cum ani-  
mos eorum in manu habere significat, vt statim con-  
cedant, quod petunt. Solet autem in minimis summa  
sapientiæ, & potentiæ documenta præbere. Deum au-  
tem esse absolute, & solitari illa miracula non pro-  
bant, sed cum doctina coniuncta, quæ se Deum esse  
professus est, vt alibi latius ostendi.

Miraculum autem fuisse, quod sine contradic-  
tione peregrinis, & Galileis asinum dimiserint, docet  
Chrysostomus: μὴ δὲ μικρὸν ἂν νομίσαι τὸ ἡερὸν μὴδὲν  
ἵνα δὲ αὐτὸς ἐπιπρὸς τῶν ἰδίων ἀφαιρουμένων, καὶ τῶν πε-  
νήτας, ὅπως ἴσως, καὶ γεωργεῖ, μὴ ἀντιπαῖν; καὶ ἡ λέγω  
μὴ ἀντιπαῖν; μὴ ἐρεῖται ἡ ἐρομένης σιγῆς, καὶ παροχρη-  
σται; καὶ ὁ ἀμφότερος οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸς, καὶ μὴδὲν εἶπον  
ἐκλογικῶν τῶν ἐπὶ τῶν ἰδίων, καὶ εἰ εἰπὴν, καὶ ἀκόσμητος  
ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῶν ἡ εἰς τὴν παρεχόμενον, καὶ οὐκ ἀν-  
τέστησεν, καὶ τῶν ἐκ αὐτῶν ἐρωτῶν, ἀλλὰ τὸς μαθητῶν.  
Non fuit res ipsa parua. Quis enim illis persuasit, quum res i-  
porum auferrentur, præsertim pauperibus, ac forsitan agricolis,  
nullo modo aduersari? Cur dixi, non aduersari, sed nec interro-  
gare quidem, aut interrogantes responso audito tacere atque ce-  
dere? Nam vtique ista pariter, mihi mirabilia & inaudita  
videntur. Non enim paruum est, cū traherentur iumenta, nihil  
dixisse: & si dixerunt, cū audissent, quia Dominus illis indige-  
ret, cessasse, maxime quum non ipsum, sed discipulos eius videret.

Nec minus miraculum; tam cito domitum fuisse  
pullum: nemo enim illo vsus fuerat. Chrysostomus:  
οὐκ οἶμαι δὲ τὸ δῶναι τὸ πῶλιν, πῶς ἀδύνατον ἂν, καὶ χα-  
λινῶν ἀπὸ τοῦ, ὅτι ἐκλογικῶς, ἀπὸ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ. ὁ καὶ  
αὐτὸς περὶ τῆς τῆς μετὰ τὸν ἰσχυρὸν τὸ καὶ τῶν τῶν  
ἐθνῶν. καὶ τὸν ἀθρόον εἰς τὴν εἰς μετὰ τὸν ἰσχυρὸν. Tu vero  
subitam pulli dominationem admirare, quomodo dum esset in-  
mitus, & freni omnino expers, non resistit, nec reluctatus est, sed  
quiete quasi assuetus ferebatur. Gentium enim obedientia hinc  
significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

## VERSUS 6. & 7.

Euntes autem, discipuli fecerunt,  
sicut præcepit illis Iesus. Et addu-  
xerunt asinam & pullum, & im-  
posuerunt super eos vestimenta  
sua, & eum desuper sedere fece-  
runt.

## QVÆSTIO I.

Quæ Prophetia de Christo citatur?

§ 1. Totum hoc factum ait, vt impleteretur, quod  
dictum est per Prophetam, Syrus; in manu  
βίβλ. beid. Propheta aut est Zachar. 9. 9. aut Is. 62. 11.  
Verba Zachariæ: Exultate filia Sion, in filia Ierusa- Duo Pro-  
lem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper & pheta iun-  
ascendens super asinam, & super pullum filium asina. Verba Is. 62. 11.  
Haic: Dicite filia Sion, Ecce Saluator tuus venit, ecce merces simonio:  
eius cum eo, & opus eius coram illo.